

EXPOSITIONES

LITTERALES, ET MORALES


*In loca difficiliora totius Sacrae Scripturae ex utroq; Testamento
tam Nouo, quam veteri.*

PER R. P. PANTALEONEM PANVINIUM
Cremonensem Congregationis Somaschæ,
& Sacrae Theologiae Professore.

Perillustri, & Reuer. D. D.

PETRO GEORGIO ODESCALCO
Vigleuani Episcopo.

CVM PRIVILEGIO.



VICENTIAE,

APVD FRANCISCVM GROSSVM. 1612.

Superiorum permissu.



Perillustri, & Reuerendissimo D. D.

PETRO GEORGIO
Odescalco Vigleuani Episcopo.



D. Pantaleon Panuinio. S. P. D.

QUOD hæcæ meas notationes in varios sacrae scripturae locos tibi nuncupare audeam, neminem fore scio præsul Reuerendissime, qui consilium eiusmodi possit improbare; es enim tu cum generis splendore, & fortunæ gloria tum probitate uitæ doctrinæque excellentia dignissimus, quem uniuersi certatim omni officiorum genere prosequantur. Familiam Odescalcam nemo ignorat præstantissimorum Senatorum velut quoddam seminarium esse, vnde perpetuo tenore viri bello, paceq; gloriosissimi fluxerunt; eandem multis honoribus & fortunæ presidijs auctam cumulatissimè prædicant omnes & semper & semper longe feliciorẽ esse cupiunt. Tua vero nota vrbi, & orbi in



EXPOSITIONES

Litterales, & Morales

In loca difficiliora totius Sacrae Scripturae ex utroque Testamento.

Per R. P. Pantaleonem Panvinium Cremonensem, Congregationis Somaſchæ, & Sacrae Theologiae profeſſorem.

Ex Libro Genesis. Cap. 1.

In principio creavit Deus Cœlum, & terram.



V G. to. 3. lib. 2. cap. 8. super Gen. ad litteram dicit, quod ea quæ à Deo fluxerunt, vt subsisterent in proprijs naturis, processerunt in angelicum intellectũ per hoc quod impressit rerum similitudine, & cuilibet angelo impressa est ratio sue speciei, secundum esse intellectuale, & spirituale, ita vt & subsisteret, & se intelligeret; & sic intelligitur illud In principio D. Tho. prima parte, quæst. 61. art. 3. ad tert.

dicit, quod materia creata est communis omnium rerum, & sic quodammodo omnia corporea simul creata sunt, quia omnia sunt vnum in materia, natura autem angelica non, quia vnus difert specie ab alio. Hinc collige materiam esse eandem celi, & terræ. Illud autem In principio intellige vel in filio, vel in principio temporis, vel antequam nihil fieret in genere corporalium, an autem angeli creati simul sint cum creatura corporea est quæstio inter doctores Greg. Nazian. in Serm. de Natali Dama. libro secundo Hyeronimus super Epist. ad Titum dicunt, quod sic, sed contrarię sententię est noster doctor Angelicus D. Thom. cuius est ratio, quia sunt pars vniuersi, quod patet ex ordine vnius creature ad aliam; & nulla pars perfecta est à suo toto separata Manicheus Hæreticus dicit corporalia non esse à Deo, sed à principio malo, quia D. Paul. 2. Corinth. 4. dicit Deus huius seculi excauit sed contra est, quia si hæc, vniuntur, ergo datur causa vniõis, sicut callida diuersa habent calorem ab vno, A idest,